



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes pomeridianæ: ex eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

tate & paupertate Spiritus fundaret, conservaret, omnesque fideles humilitatis suorum ministrorum exemplo edificaret. Ah! dulcissime Domine, qui clamas ad nos, *discite à me* (non mundum fabricare, non cæcos illuminare &c. sed) *quia mitis sum, & humilis corde*: ecce de abyssu nihilitatis meæ clamo ad abyssum misericordiæ tuæ &c.

Matth. c. 23. v. 29

Da mihi hanc gratiam, quâ pro statu meo possim perfectam semper paupertatem, & humilitatem amplecti, omnibus me inferiorem toto cordis affectu tenere, credere, & pronuciare, omnem arrogantiam spiritum extinguere, omni mundanæ vanitati & levitati renunciare, inanem gloriam detestari, quia in veritate vilissimus vermis sum, & non homo, humiliatus, & confusione omni dignissimus.

CONSIDERATIO I. POMERIDIANA.

De vana elatione mentis cavenda.

Non placeas tibi ipsi de habilitate, aut ingenio tuo: ne displiceas Deo, *cujus est totum, quidquid boni naturaliter habueris.*

Genf. l. 1. c. 7. n. 2

Non te reputes alijs meliorem, ne forte coram

ram

ram Deo deterior habearis, qui scit, quod
in homine. Non superbas de operibus bonis
quia aliter sunt iudicia Dei, quam hominum.
Si aliquid boni habueris, crede de aliquo
ra, ut humilitatem conserves.

CONSID. II.

De præstantia Humilitatis, & utilitate
tionis, & vilis estimationis
ipsius.

Ab. c. 2. 4. **H**Æc est altissima, & utilissima
sui ipsius vera cognitio, & de
De se ipso nihil tenere, & de alijs sentire
ne, & altè sentire, magna sapientia
perfectio, Talem humilem Deus præcipue
& liberat: diligit, & consolatur: humi
homini se inclinat, humili largitur gratiam
magnam, & post suam depressionem lætatur
gloriam. Igitur non reputes, te aliquid
fecisse, nisi omnibus inferiorem te esse.

CONSID. III.

De Exemplo humilitatis Sancto-
rum.

Ad. l. 1. **D**Eo proximi, & familiares amici
88. 4. sis videbantur tanquam nihil, & in
mundo despecti; in vera humilitate præstanti

Et ideo quotidie in spiritu proficiebant. Sic etiam nū hodie summi Sancti apud Deum, ^{1. 2. 16. 43} minimi sunt apud se, & quanto gloriosiores, tanto in se humiliores. Et, qui totum Deo adscribunt, quidquid boni acceperunt, gloriam ab invicem non querunt.

II.
CONSID. IV.

Humilis confessio suae nihil-
tatis.

Domine ! hoc me coram te confundit, ^{Id 1234} quia tam labilis sum. Ego vanitas, & ^{20. 20} nihilum ante te, inconstans homo, & infirmus. Nihil sum, nihil boni ex me habeo, sed in omnibus deficio : & nisi à te fuero adju- tus, totus efficior tepidus & dissolutus. Vnde ergo possum gloriari, aut cur appeto reputari ? Nunquid de nihilo ? & hoc vanissimum est. Verè inanis gloria, mala pestis, vanitas maxima : quia à vera trahit gloriam, & caelesti spoliat gratiam.



Die